

AD TITVLVM XX.

Circa Caput I. num. 11. & 12.

Vbi de munerum acceptione.

137 **R**o ibi dictis facit quod habet Mag. Soula in Aphorismis Inquisitorum, Lib. 2. Cap. 28. numer. 12. ita scribens: Xenia, esculenta, & poculenta, que intra paucos dies prodigantur, quamuis Inquisitores accipere possint, nullo tamen modo a reu accipienda sunt, propter scandalum & suspicionem, neque etiam a quibusvis alijs ob indecentiam. Sic ille, pro se adducens Pennam. Facit & Bouadilla in Politicâ, Lib. 2. num. 68. ibi: Por raxon de sus officios. Et quia ex eo quod iurisdicção Inquisitorum ordinaria non sit, infert Pasqualigus Deciso. 114. non posse illos Confessarium non approbatum eligere, nec gaudere priuilegio Cap. Finalis, de Penitent. ex contrario fundamento, de quo num. 11. contraria est illatio facienda.

Circa Caput II. & num. 14.

Vbi de non punibili actu merè interno.

S Tat pro eo P. Bardi in Selectis, Lib. 3. quæst. 3. Sect. 2. & specialiter in casu nostro loquens num. 12.

Ibidem circa num. 17. & 18.

Vbi an Prælati absolui a suspensione possint, à qua alij ab ipsi.

138 **A**git de hoc Diana Parte 10. tractat. 14. Resol. 54. in fine, & cum Basilio Poncio id negat ob fundamentum à nobis dictum; quia scilicet effectus frustrandus id tamen intelligendum quando per sententiam incurritur pro Prælati tantum latam, & non est tantum Censura, sed inhabilitas, sicut irregularitas. Si verò ipso iure incuratur, secus censet; quia tunc sicut potest cum alijs, ita & secum dispensare. Pro quo adducit P. Palaum Tomo 1. tractat. 3. disputat. 6. Puncto 7. §. 1. num. 4. & 5. & P. Sancium Lib. 8. de Matrimonio, disp. 3. n. 4. & 5.

Circa Caput III. & num. 20.

Vbi de temperandâ penâ ob prolixam carceris molestiam.

139 **M**ag. Soula in Aphorismis, Lib. 3. Cap. 30. num. 3. ex Gundisaluo, & Farinacio sic habet: Augere, vel minuere penâs pro ratione qualitatum & circumstantiarum occurrentium, etiam in crimine hæresis potest Inquisitor. Videndus etiam s. sequenti, vbi quod & minui potest etiam in hæresi post latam sententiam, quod iudicibus alijs non concessum, & numer. 10. & 11. quod arbi-

trium circa hoc non est plenum, sed regulatum iure ac ratione, ex similibus scilicet iure vel consuetudine determinatis ad similia procedendo; cuius similitudinis in determinando debet expressa fieri mentio. Ex Menochio de Arbitrarijs, lib. 1. quæst. 14. num. 3.

Circa Caput IV. & num. 28.

Vbi de iniurijs Ministris Sancti Tribunalis irrogatis.

140 **P**ro ibi dictis quando intuitu officij non accidunt, stat Carena Parte 2. Titulo 13. §. 6. vbi pro eo multos adducit, & Diana Parte 6. tractat. 8. Resol. 3. Quomodo autem dignosci possit quando ex intuitu prædicto, quando ex alio procedat offensio, bene explicat idem Carena omnino videndus præsertim numer. 28. iuxta tradita siquidem ab ipso, cum in Religio aliquid acciderit offensio, vix esse fundamentum poterit ad odiosam fundandam præsumptionem, in quo & vitæ probitas, & nullum vnquam cum Tribunali sancto in fidei causa negotium. Bene verum est Auctorem hunc non absolute eximere sic offendentes ab Inquisitorum iurisdictione, sed à poenâ in Bullâ Pij V. si de protegendis, sat celebri contentis: licet neque iurisdictionem aperte titeatur, sed in eo se ad Iosephum Sesse in latissima eiusdem Disputatione remittit, in fine. Et est quidem satis perplexa quæstio de offendente generaliter Officialem Ecclesiasticum, pro qua videndus Diana Resolut. in art. 2. vbi ait esse mixti fori, licet de Inquisitorum Ministris specialiter non loquatur. In quibus eadem videtur ratio; cum sint etiam apud ipsum, qui omnino laicæ potestati subiciant, & alij, qui offendentium etiam ratione officij delictum mixti fori esse contendunt.

Circa Caput V. & num. 34.

Vbi quod Ministri puniri à Sancto Tribunali possint.

141 **V**idendus Bouadilla in Politicâ Lib. 2. Cap. 17. num. 26. sed si delinquant in officio: vnde si extra illud, secus dicendum apparet. Sed certe propter omnia illa puniri possunt, propter quæ ab Ordinarijs iudicibus: forum enim Inquisitionis non præbet peccandi impunitatem, sed maiorem morum exigit probitatem. Quando autem priuandi officio, si delinquant, non potest certis regulis definiri, sed à DD. Inquisitorum pender arbitrio iure ac ratione regulato.

Ibidem circa num. 50.

Vbi de exemptione in causis ciuilibus.

142 **C**irca num. in fine, dum in Indijs exemptum esse dicitur, per quod prærogatiua Familiarium regni Valentiz non videatur singularis,

singularis, iuxta modum loquendi D. Augustini, si exemplum haberet: non esset singularis: quo significatur in Indijs Familiares quoad ciuilia Inquisitionis foro gaudere: non est ita intelligendum, cum solis id debeat concedi Ministris in omnibus, quæ excepta non sunt, vt in præfenti Capitulo 13. & alibi. Ministri namque à Familiaribus in Concordiæ Capitulis fecernuntur, sicut & Officiales, & præsertim Capitulo 3. de quo numer. 35. Capitulo 15. de quo numer. 52. Capitulo 24. de quo 99. & Capitulo 25. vbi tota differentiarum materia inter tribunalia laica & S. Inquisitionis ad Familiares reuocatur, circa forum inquam in criminalibus, quæ neque hæresis sint, neque ab illa dependant: & vbi de Ministris nihil, qui omnino exempti supponuntur, de quo num. 100. & in Concordiâ quidam antiqua & S. Inquisitionis ad Familiares reuocatur, circa forum inquam in criminalibus, quæ neque hæresis sint, neque ab illa dependant: & vbi de Ministris nihil, qui omnino exempti supponuntur, de quo num. 100. & in Concordiâ quidam antiqua, cuius verba dabitur num. 151. expressè statuitur in ciuilibus nullam Inquisitores habere, nec posse prætere iurisdictionem erga Familiares. In nouâ autem id satis innuitur, dum de solis controuersijs circa criminalia agitur, & quid sit in illis faciendum declaratur. Quando in fine Dicitur num. 50. dicitur consulendum vsu, qui in Peruuio pro Ministris stat, Familiares censentur exclusi. Et hæc iuxta propriam mentem sunt, & iuxta ea, quæ de Ministris diximus §. 1. circa Concordata.

Ibidem circa num. 63. & seqq.

Vbi de gradibus per sufficientiam in Vniuersitatibus conferendis.

143 **P**ost scripta ibi ad manus deuenit Regia schedula, in qua Vniuersitati Limanæ, sic ipsâ supplicante, præcipitur ne dispense, vt Gradus per sufficientiam possint conferri. Et est illa Philippi III. die 11. Martij 1602. Vallisolet. Quâ suppositâ videtur omnis circa hoc quæstio circumscripta, neque posse Vniuersitatem, quod adeo strictè denegatur: Gradus videlicet conferre, nisi cursus integrè transigantur. Vnde quod diximus de Gradu, quem postulant ij, qui sunt ad Episcopatus præsentati, ita accipiendum est, vt non sit proprie talis, iuxta formam, quæ dari solet, cum solemnitate & titulo; sed æquiuenter; testimonium videlicet sufficientiæ, quod sufficere ex Concilio Tridentino iam vidimus: nulla est enim ratio, propter quam plus exigi queat, & ita neque necessaria dispensatio.

144 Cui quidem locus esse aliquando respectu aliorum posset, si ratio peculiaris occurreret, eaque rarè, & in personâ non vulgariū meritorum. Non enim videtur negata penitus facultas dispensandi, sed ordinariè, vt constat ex ratione, quæ redditur: Paraque los Estudiantes que cursaren en ella trahagen, y se enseñen mejor. Vbi & innuitur ex oppposito graue futurum detrimentum studiorum. Nihil enim tale ex rarâ potest dispensatione timeri. Quod quidem ex multorum doctrina deducitur, iuxta quos dispensatio in rebus maioris momenti licet pro raro casu, quæ est generaliter denegata: vt videri potest apud Dianam Parte 8. Tractat. 3. Resolut. 71. & tribus seqq. Quod magis virget si dispensatio totalis non sit (quam & admittit Pasqualigus Decisione 448. Thesauri Indici Tom. II.

quando est notoria sufficientia) vt scilicet vnus aut alius cursus suppleatur, & certum sit ita petentem multos ex Graduatis scientiæ ornamento superare. Iuxta dicta ergo neque Prorex poterit in prædictis dispensare (casibus raris exceptis) quia si illis non esset ablata facultas, Regia prohibitio inutilis redderetur, facillimè enim ista à Proregibus possunt obtineri, dum intercessiones accedunt, in his partibus validiores.

Circa num. 70.

Gradum Magisterij sine sufficientiâ recipere, non esse mortale, & consequenter Bacchalaureatus in Artibus, tenet P. Mendus de Iure Academicò, Lib. 2. num. 25.

CIRCA CONCORDATA.

Vbi vtiles aliquot, & non obuiæ animaduersiones.

145 **X**emptio in illis Familiarium, & aliorum Tribunalium sancti Ministrorum, potius supponitur, quam adstruitur. Capitulo 9. prohibentur foro illius gaudere in delictis ante adeptum officium commissis. Cap. 16. de Alguacello in Portu de la Veracruz dicitur: El qual goce del suero della como Familiar. Cap. 19. statuitur vt delinquentes in officijs publicis, ab Ordinarijs iudicibus puniantur: vnde exceptio firmat regulam in contrarium. Cap. 20. in delicto pellicatus singulariter dicitur vt sit locus preuentio, & sic alibi. Vnde optimâ ratiocinatione deducitur in quibus delictis gaudere fori priuilegio possint. Sunt enim omnia præter indicata, etiam enormia. Et quod ad nefandum crimen spectat, exceptum existimat P. Palaus Tom. 1. tract. 4. disp. 8. Puncto 12. §. 2. n. 9. vbi & alia enumerat, pro quibus & Doctores refert. Sed quidquid de illis alibi sit, Indicis Concordatis standum videtur, de quo inferius. Non debet autem primum illud alienum ab eo foro iudicari, quandoquidem in Tribunalibus Lusitaniz, Aragoniz, Valentiz, & Cataluniz, ad illud directè spectat, sicut alia ad fidem spectantia, vt videri potest apud Carenam Parte 2. Titulo 6. §. 83. & 84. Quia verò Cap. 20. citato, præuentio conceditur in crimine pellicatus, idem videtur in erimine illo infami dicendum, in qua maior est ratio. Hic enim merito argui potest à maiori ratione, quia crimen illud est multò turpius in genere luxuriz. Quemadmodum licet in Bullâ Pij V. si de protegendis, non exprimentur Iudices, & Magistratus, ad illos dispositio eius extenditur, quia comprehendit Duces, Marchiones; & alio quocumque titulo Illustres; & ita potiori ratione prædictos, vt cum alijs resoluit Carena Titul. 13. §. 19. immò & cum ratio est eadem, idem dicendū. Vnde cum præfata Constitutio procedat de offendentes eos, qui iam tales non sunt, quando iniuria irrogatur illis intuitu officij, quo functi sunt, vt videre est apud eundem. §. 4. pro quo & faciunt quæ habet. §. 17.

146 Et hac ratione dicendum exemptionem non habere locum in crimine læsæ Maiestatis erga Principem; pro quo P. Palaus cum aliis *suprà*: quia cum locum non habeat respectu minoris momenti, idem debet de crimine illo adeo qualificato censeretur. Vnde & in Bulla Gregorij XIV. de Ecclesiæ immunitate habetur exceptum. Si Inquisitorum serui arma deferentes quando Dominos non comitantur, exemptione non gaudent, quia ad nocendum deferre verosimiliter præsumuntur. De quo *Cap. 4.* Item, defraudantes iura Regia in matrimoniis, de quo *Cap. 5.* Depositaris publicis in iis, quæ ad officium spectant. De quo *Cap. 6.* Habentes officium publicum. De quo *Cap. 19.* Si ergo hi, à quibus Rex aliquale detrimentum patitur, aut etiam Respublica, exemptione non gaudent; quanto id potius affirmandum de lædentibus Regiam Maiestatem?

147 Hoc tamen non videtur extendendum ad crimen, quod latè tale dicitur ex eo titulo, quando scilicet Consiliarius Principis offenditur. *L. Quisquis. C. Ad legem Iuliam.* Vbi scribentes. De quo & diximus *Tract. 4. num. 102.* quia exemptio in significatione propria & stricta debet intelligi, quando de immunitate agitur. Ex quo fundamento tenent Doctores, quos adducit & sequitur Diana *Parte 1. Tract. 1. Resol. 6.* nomine Principis non intelligi habentes & recognoscetes superiorem, cum de crimine læsæ Maiestatis agitur, quia in rigore Principes non sunt, licet non desit qui contradicat. Videndus etiam Auctor dictus *Resolut. 7.* vbi ex Doctoribus aliis, huic positioni fauentes doctrinæ succurrunt. Facit etiam quod habet *Parte 3. Tract. 1. Resol. 9.* vbi cum aliis probat privilegium Regum ut nequeant nisi à summo excommunicari Pontifice, non posse ad Regios Consiliarios extendi, quia illud Regibus & Imperatoribus conceditur propter illorum reuerentiam. De quo dictum *Titulo 3. numer. 142. & 143.* & in propriis terminis quod erga Consiliarios non committatur proprie crimen læsæ Maiestatis, cum aliis, quos adducit, probat Ioannes Oinoromus super libros Institutionum Imperialium. Vulgo *Instituta, Lib. 4. Titulo 18. §. Publica, num. 2. & 3.* Licet autem ex eo quod crimen læsæ Maiestatis absolute dici nequeat, non videatur exceptum, pro exceptione autem aliud esse potest argumentum iuxta dicenda *inferius numer. 154. §. In resistencia y de sacato.*

Nec potest argui ex eo quod si fori Ecclesiastici sunt, qui rei læsæ sunt Maiestatis, ad suos sint iudices remittendi, pro quo dictum à nobis *Titulo 2. numer. 115.* & pro quo videri etiam potest Diana *Parte 3. Tract. 1. Resol. 30.* vbi præter Clementis Octavi circa hoc declarationem, alia Catholicorum nostrorum Regum Decreta producit: sicut & præclara exempla *Parte 7. Tract. 1. Resol. 10.* Id namque de iis intelligendum, qui personæ Ecclesiasticæ sunt; cum tamen hic de Ministris laicis loquamur. Vnde si contingeret Ministrum aliquem S. Tribunalis nostri, ad Clericalem statum pertinentem, crimen Maiestatis læsæ committere, ad illius deberet forum causa remitti, de cuius eximâ erga Regem suum fidelitate merito confidit potest ita se in illius cognitio-

ne gesturum, ut reus nullo modo euadat pœnam, quæ crimini tali ac tanto debetur, executione laicali Curia commissa, teo pariter relaxato.

148 Si dicas similem confidentiam haberi posse, ut & Ministri laici in casu dicto à Tribunali sancto iudicentur. Concedi id potest; sed nihilominus aliter dispositum iustas ob causas, circa quas non oportet longiores discursus efformare. Quamquam & sint qui censeant reum huiusmodi Ecclesiasticum non esse laicæ Curia, nisi post incorrigibilitatem, applicandum: quorum sententiam, nonnullis citatis, veriorum existimat Barbosa de *Potestate Episcopi, Allegat. 110. num. 12. §. Verum autem.* Et incorrigilitatem expectandam cum multis tradit etiam Diana *Parte 1. Tract. 2. Resolut. 130. & Parte 3. Tract. 1. Resol. 16. & Parte 7. Tract. 1. Resol. 11. & 15.* & D. Fermolinus *Tomo 1. pag. 303. vers. Verum,* alios adducens. Cum sint alij, qui apud Dianam qui fecerint de enormissimo crimine, quale est proditio, & alio læsæ Maiestatis.

149 Sed numquid crimine dicto à S. Tribunali summariè cognito, poterit reus Ecclesiasticus ad Curiam laicam remitti, cui est tandem applicandus? Ut scilicet ibi causa ex professo discutatur, quatenus eo pacto Maiestatis læsæ peculiaris ratio habita à D. D. Inquisitoribus innuatur; stante sententiâ affirmantium debere relaxari, pro qua Auctores adducit etiam Barbosa *suprà*, in quibus est. Albericus satis expertus & Inquisitor & Episcopus. Et videtur procul dubio negandum, quia vbi cœptum est iudicium, ibi est etiam terminandum, quando competens habetur iudex: nemo enim potest à duobus in diuerso tribunali sedentibus iudicari, ut iura clamant *L. Si quis possit. L. vbi acceptum (al. Cœptum) D. de iudiciis. Card. Tuschus Lit. 1. Conclus. 487.* vbi alios adducit, & Bossius à Nobis adductus *hoc Titulo num. 61.* & magis in speciali loquendo, iudex laicus nequit Ecclesiasticum criminaliter iudicare, nisi ex licentiâ Papæ: ut firmat Glossa in *Cap. Decernimus, de iudiciis, & Barbosa in Collectaneis circa illud num. 7.*

150 Tradendi etiam Curia seculari prius sunt de gradandi realiter, si in Sacris sint, vnde & præcedere conclusio causæ debet. Card. Tuschus *suprà Conclus. 453. numer. 8.* Idem autem videtur dicendum in aliis: licet non sit necessaria degradatio dicta, iuxta sententiam plurium, ex quibus aliquos refert Barbosa *suprà num. 8.* sicut & alios oppositum asserentes, quibus addendus Mag. Soula in *Aphorismis Lib. 2. Cap. 45. numer. 20.* & Carena *Parte 5. Titulo 12. numer. 57.* Innocentius enim Tertius in *Cap. Nouimus, de verbor. significat.* generalem tradit doctrinam circa relaxandos Curia seculari, dum ait. *Cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiecctus, eius est degradatio celebranda seculari potestate presentis, ac pronuntiandum eidem, cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi Curia seculari, &c.* Pro quo & facit Pius V. in Bulla *Si de protegendis. §. 5.* ibi: *Hereticorum more degradentur, vbi de Clericis generaliter loquitur. Quicumque ergo ille sit, qui Curia est seculari tradendus, sic tradi debet, ut ab Ecclesiastico foro fuisse proiecctum seculari debeat potestati declarari. Debet igitur modo a-*

liquo

liquo degradari, id est, à foro Ecclesiæ iudicialiter prouici, & saltem Clericali habitu exui, si in sacris non sit, verbis pro tali actu congruentibus, iuxta ea, quæ habet Barbosa *num. 24.* & D. Fermolinus *suprà pag. 193.* circa *Cap. Non ab homine. Quest. 1.* quidquid dicat *pag. 206. Quest. 2.* Cum enim à gradu excidat, merito dici potest degradatus, quod idem est ac depositus; & ita explicat Glossa verbis illis: *Post de positionem tradi Curia seculari puniendus.* Licet depositio alia sit, quæ cum privilegio fori & Canonis constare possit, ut cum aliis obseruat Barbosa *suprà num. 3.* Totum autem hoc conclusionem causæ plenario iudicio peracta supponit, ut constat. Relaxatio siquidem grauisima pœna est, ut expendit Moneca de distributionibus *Quest. 17. num. 6.* cum aliis, & res ipsa clamat.

Occurritur difficultati ex antiquioribus Concordatis, cum eorum declaratione.

151 **C**ontra exemptionem in aliis criminibus, præter enorme illud læsæ Maiestatis, videtur antiqua Concordia militare ad Indias transmissa litteris iteratis, quæ habentur *Tomo 1. impressarum pag. 52. & seqq.* quarum epitomem proponit Dom. Solorzano *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 24. num. 60.* ex quibus illud: *Y que en las causas civiles de los tales Familiares no tengan, ni pretendan los Inquisidores Jurisdiccion alguna; ni tampoco en los delitos graues, como son læsæ Maiestatis humana, leuantamiento ó rebelion a leue, fuerza de muger, ó robo de ella, y de robador publico, y de quebrantamiento de casa, Iglesia, ó Monasterio, ó en quema de campo, ó de casa, con dolo, ó en resistencia, y de sacato calificado contra las Justicias Reales, y en otros delitos maiores que estos. Y asimismo en los casos tocantes à los Oficios y cargos Reales, y de Republica, que ouieren administrado los dichos Familiares.* Hæc ibi. Quæ cum in Hispania seruantur ex Concordatis *Ann. 1569.* de quo Hejia in *Curia Philippica Parte 3. §. 1. num. 15.* non videtur cur in Indiis non debeant pariter obseruari, quæ legibus debent gubernari eisdem, nisi vbi pro illis specialiter est prouisum, ut ostendit Dom. Solorzano *citato Libro Cap. 25. num. 15. & Lib. 2. Cap. 30. n. 40. & Tomo 1. Lib. 3. Cap. 1. numer. 46. & seqq.* De peccato autem nefando non est mentio peculiaris facta, sed sub generali illâ clausulâ comprehensum: *Y en otros delitos maiores que estos: quod tamen habetur in citata Concordia An. 1569.*

152 Nihilominus ut non excepta iudicari debeant, facit nouioris Concordiæ, cuius sumus prosecuti Capitula, proœmium, in quo Rex noster Philippus Tertius, venerandæ semper recordationis, id non oblecturè videtur indicare: sic enim ibi: *Y auiendo tenido noticia el Rey mi Señor, que era gloria, que entre los Virreyes de esas Prouincias, y de Nueva España, y las Audiencias de ambos Reynos, y otros Ministros seculares de las Indias, y los Tribunales de la Inquisicion de esa Ciudad de los Reyes, y de la de Mexico, y sus Comissarios auia alguna diferencia y competencia de Jurisdiccion sobre causas y negocios suu- ra del crimen de la heregia, ó dependiente de ella, y de sacando que se esufen para adelante, y se diese orden que conuiniese, y que cada vno acuda à lo que le tocare*

Thesauri Indici Tom. II.

por razon de su oficio, y no se perturbe la paz, mande que los del Consejo &c. Sequuntur statim Concordiæ Capitula, quæ, ut testatur Rex, ab eius fuerunt Serenissimo Patre disposita, & nondum transmissa, cum duodecim saltem anni à dispositione huiusmodi effluxissent: mortuus est enim ille die 13. Septembris *Ann. 1598.* & Scheda prædicta sub Data est, 22. *May Ann. 1610.* In illa ergo, ut ex præmissis verbis constat, affirmat Regia Maiestas inter laica Tribunalia vtriusque Indici Regni, & Sanctæ Inquisitionis Tribunal, circa crimina, quæ neque hæresis, neque ab ipsa dependentia, controouersias exstitisse: & statim ad eas sopiendas, & in futurum cauendas, congrui remedij adhibitione contentens, Capitula à Nobis explicata Concordiæ proponit, in quibus catalogus ille criminum antiquioris Concordiæ non inuenitur, & solum duo illa, de quibus à Nobis dictum, legitimâ ratiocinatione excepta compariuntur, Maiestatis læsæ absolute, & nefandi criminis, cum fuerit facta præuentio. Quod roboratur ex tenore Capituli 26. sic enim ibi: *Sobre el conocimiento de las causas criminales de los Familiares, fuera del crimen de la heregia, ó dependiente de ella &c.* In aliis ergo vim habet exceptio. Quæ illatio satis videtur urgere: neque ob stare quod ex Concordia antiquiore adduximus, quia id potuit per nouiorem reuocari. Sicut neque Hispaniæ usus, quia vbi pro Indiis aliter est prouisum, leges pro illa læsæ non currunt, ut iam dictum.

153 Ne verò videamur crimina in antiquiore expressa Concordiâ à Regiis Tribunalibus penitus ablegare, iuuat discurrendo per singula, quid opportunum videatur adnotare.

Læsæ Maiestatis humane. De hoc iam dictum. *Leuantamiento, ó rebelion a leue.* Hæc procul dubio excepta, quia ad crimen læsæ Maiestatis reuocatur, ut est clarum: immò & esse vetè talia tenet cum aliis, Narbona in *Lib. 4. Recopil. at. Tit. 1. §. 20. Glosa 1. num. 9.*

Fuerza de muger, ó robo de ella. In hoc saltem locus est præuentio, quia maius est crimen pellicatu, sicut de nefando crimine dicebamus *num. 145.* & pro raptu id videtur quod de sequenti dicendum.

Y de robador publico. Hic etiam præuentio valere saltem potest ob criminis enormitatem: immò & absoluta potestas, argumento desumpto ex Nigris DD. Inquisitorum mancipiis, de quibus *Cap. 4.* qui laicæ potestati plenè subiiciuntur, cum arma portant non comitantes Dominos, eo quod videantur ad nocendum parati. Quanto ergo id potius in publica luce raptores. Item, ex *Capit. 20.* vbi delinquentibus in officio eadem subiectio statuitur; est enim rapina genus Publicum autem raptorem tantum esse illum, qui solitus aggredi cum armis in viâ publicâ, ostendit Narbona *suprà Glosa 14. præsertim n. 11.*

154 *Y de quebrantamiento de casa, Iglesia, ó Monasterio.* Hæc cum rapiendi causâ fieri soleat, publicâ sunt rapinâ peiora, vnde idem de illis pronuntiandum. Si autem ex alio sine contingant, luxuria inquam, ex dictis liquet inter excepta computanda. Si ex alio, talis quidem erit, ut possit ad prædicta specialiter excepta reduci.

Ó en quema de campo, ó de casa, con dolo. Hoc crimen in genere iniustitiæ maius rapinâ est, quâni

NNN

potest